

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Patria e cum uariis

Nemo potest diligere quod habitatores intelligit non amare. Vnicuique patria sua carior est dum supra omnia saluum fore queritur, ubi ab ipsis cunabulis commoratur. Feris datum est agros siluasque querere, hominibus autem focos patrios supra cuncta diligere. Aues ipse per aera uagantes proprios nidos amant, erratiles fere cubilia dumosa festinant, uoluptuosi pisces cauernas suas perquirunt, cunctaque animalia ibi se norunt refugere, ubi longissima cupiunt etate constare.

Cassiodorus libro I. epistolarum epistola XX.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

habitatores] habitatore P V¹; amare] amore P V¹; sua] suas V¹; focos] faces C, fores P V¹; patrios] primos B C; supra] super C P V¹; cubilia] cubidia (*cor. sub lin.*) B; longissima] nouissima (*cor. intra*) M; cupiunt] capiunt P V¹; epistolarum *om.* C M P V¹; Patria e nemo...epistola XX. *om.* V² L¹ L²